

818. **Cr epis chrysantha Turcz. γ minor.** Ledeb. l. c. p. 826.

Hab. Auf dem Iremel-tau 11. Aug. 1840 (florens).

819. **Crepis sibirica L.** Ledeb. l. c. p. 828.

Hab. An den Ufern der Ssakmara 28. Juni; auf Wiesen des Baschkirenlandes 30. Juni, Waldränder der Ebene des Tanyp 25. Juli 1839; am Iremel-tau 11. Aug. 1840 (florens).

820. **Phaenopus vimineus DC.** Ledeb. fl. ross. II. p. 804 (sub Lатуca).

Hab. Häufig an Bächen im Karataugebirge 8. Sept., sehr häufig auf den dürren Felsen am oberen Sarafschan 10. Sept. 1841 (flor. et fructificans).

821. **Heteracia Szovitsii F. et M.** Ledeb. l. c. p. 830.

Hab. In den Schluchten des Sandsteins zwischen Agatme und Karagata 16. April, bei Tiumen-bai 19. u. 20. April 42 (flor. et fructificans).

Planta variabilis, specimina nostra omnia minora quam songarica, $1\frac{1}{2}$ - ad summum tripollicaria, plerumque di-rarius tricephala; folia radicalia plerumque dentata, in unico specimine pinnatifida, foliis caulinis pinnatipartitis. Achenia interiora plus minusve longe rostrata, in plerisque speciminibus nostris pappo fere evanido ad setas paucas reducto. Ejusdem plantae specimina paucissima nuper legit prope Indersk cl. Wagner, songaricis tamen vegetiora.

822. **Pterotheca aralensis Bge.**

Pt. capitulis fructiferis cylindricis, acheniis omnibus conformibus pappo longioribus aequaliter 10-costatis; costis laevibus.

Hab. Auf den Diorithügeln zwischen Juss-Chuduk und Bakali 25. April, im alten Flussbette des Jan-Darja 3. Mai, in der Aralsteppe 17. Mai 1842 (florens et fructificans).

Diagnoses *Pt. nemausensis* et *bifidae* hoc modo mutandae:

Pterotheca bifida F. et M.

Pt. capitulis fructiferis oblongis obovatisve, acheniis difformibus extimis latere interiore angulatis apteris calvis papposisve, mediis decemcostatis, costis muriculatis, intimis 10-costatis laevibus, pappo achenia subaequante.

Pterotheca nemausensis Cass.

Pt. acheniis marginalibus latere interiore 3 — 5 alatis calvis, caeteris decemcostatis; costis laevibus.

Species nostra a planta taurica, caucasica et wolgensi abunde diversa signis in diagnosi indicatis. Tota planta gracilior, ad summum semipedalis, plerumque minor. Folia radicalia obovato-oblonga, minute vel grosse dentata vel fere pinnatifida dentibus laciniisve triangularibus acutis. Scapi plerumque dicephali, glanduloso-pilosi. Capitula fructifera longiora angustiora semipollicaria vix duas lineas in diametro metientia; Involucri foliola extima membranacea, latiora et breviora ac in *Pt. bifida*, interiora longiora, pauciora, plerumque 7 — 10, pappo breviora, nec illum aequantia, carina minus crassa, parce glan-

duloso-pilosa. Receptaculi setae pauciores involuero multo breviores vix 3 lineas excedentes, nec illum aequantes vel superantes ($4\frac{1}{2}$ lin. long.) ut in Pt. bifida, albae nec fuscescenti-sordidae, ut in illa, multo tenuiores. Achenia omnia aequalia, recta, 3 lineas longa, fulvescentia, decem-costata, costis etiam sub lente aspectis laevibus nec nisi sub microscopio valde auctis asperulis; pappus $2\frac{1}{2}$ lineas longus. Contra vero in Pt. bifida achenia exteriora (in forma taurico-caucasica plura, nonnulla calva, in forma wolgensi pauciora, semper papposa) albida; saepe abortiva, facie interiore planiuscula tricostata; sequentia fusca seriatim obtuse muriculata, asperrima, intima fulvescentia, 10-costata, costis laevibus, omnia multo breviora ac in nostra specie; 2 lineas tantum longa, pappum aequantia.

Ab hac specie distincta planta, sine dubio ejusdem generis, cujus specimina tria tantum a Lehmanno collecta sunt; duo: zwischen Malibasch und dem Aigirak-See 15. Mai, tertium: am Kuwan-Darja 7. Mai 1842; nimis tamen juvenilia, prima capitula tantum expandentia, ita ut acheniorum conformatio haud dignoscenda. Habitus omnino idem, folia acute dentata, dentibus tamen angustioribus, scapus 3 — 7-cephalus, 6 — 10 pollices altus. Involucri foliola interiora numerosiora sub 15, hirsuta. Ligulae numerosiores, multo longiores, involucri plus duplo superantes, apice profunde 5 fidae. Antherarum tubus aurantiacus. (Pterotheca macrantha Bge.).

Barkhausiae Sect. V. *Heteroderis*.

Achenia radii in rostrum breve attenuata, costata, laevia, parce papposa, disci costata, muriculata, longe rostrata. Involucri squamae exteriores patulae cordatae vel ovatae, herbaceae vel margine late membranaceae. Herbae annuae, pumilae. Ab Anisoderi differt praesertim squamis involucris exterioribus latis nec lineari-subulatis.

823. **Barkhausia chaetocephala Bge.**

B. (Heteroderis) caule erecto superne pedunculisque incanis patuloque hirtis, foliis plerisque radicalibus obovato-oblongis subruncinato-pinnatifidis; lobis triangularibus acute cartilagineo-dentatis, primariis subglabris caeteris ad costam mediam subtus hirtis, subfloralibus linearibus integerrimis margine membranaceis, squamis involucris exterioribus cordato-ovatis acutiusculis glabris late membranaceo marginatis, interioribus 8 carinatis dense longeque setoso-hirsutissimis, acheniis . . . ?

Hab. Zwischen Agatme und Karagata 14. April 1842 (specimina duo vix florentia).

Sequentibus binis evidenter affinis, at involucris squamis interioribus, excepto margine angusto, fere ex toto setis longis densis vestitis facile distinguenda.

Radix annua simplex. Caulis vixdum florens bipollicaris erectus demum ramosus, teres, pube brevi densa canescens, setisque elongatis patentissimis hirtus. Folia cotyledonaria minuta, mox marcescentia; primaria obovata 4 — 8 lineas longa, ad summum tres lineas lata, obtusa, acute angulato-dentata, omnino glabra; caetera fere omnia subradicalia ad summum $1\frac{3}{4}$ pollices longa, supra medium pollicem dimidium lata,